



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 63. Innocenti XI. Pontificis responsum ad Alecensis Episcopi literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Ejusdem Mensis die vigesima octava Sæc. XVII.
idem Episcopus ad Ludovicum Regem A. C. 1677.
litteras dedit, in quibus decretum suum,
quod officii sui instituto compulsus e-
diderat, pluribus allatis rationibus vin-
dicare nitebatur.

§. LXIII.

*Innocentii XI. Pontificis responsum
ad Aleſſensis Episcopi litteras.*

Ad hæc Aleſſensis Episcopi litteras
Innocentius XI. summus Pontifex
die decima nona Septembris hæc re-
spondit: „Susceptam a nobis de pasto-
„rali in Aleſſensi Ecclesia regenda, ac
„Ecclesiastica Disciplina instauranda
„Fraternitatis tuæ zelo opinionem mi-
„rifice confirmarunt literæ, quas tri-
„gesima Julii ad nos dedisti. lis enim
„refertæ sunt cum pii tum vigilantis
„animi sensibus, ut nullum nobis de
„eo dubitandi locum relinquant. Pro
„comperto autem te habere volumus,
„religiosis studiis tuis constanti Nos
„præsidio atque Authoritate affuturos,
„libenterque occasiones omnes ample-
„xuros, ex quibus propensam erga te
„voluntatem Nostram agnoscere valeas.
„Quod attinet ad ea, quæ fuisse nobis
„tum per litteras, tum per earum ex-
„hibitorem significasti, tanti profecto
N 2 „mo-

Sæc. XVII. „momenti sunt, iisque implicata diffi-
 A. C. 1677. „cultatibus, ut diligenti & matura dif-
 „cussione prorsus indigeant. Pro me-
 „neris itaque Nostri debito accurate ex-
 „dem examinari mandabimus, illud
 „que super his consilium capiemus.
 „quod in Domino expedire judicaveri-
 „mus. Assiduis interim apud supre-
 „mum Patrem luminum juvari precibus
 „vehementer a te petimus, dum nos
 „dilectionis Nostræ pignus Fraternitatis
 „tuæ Apostolicam benedictionem per-
 „amanter impertimur, „

§. LXIV.

*Archiepiscopi Narbonensis sententia
 contra Alestensis Episcopi
 mandatum.*

Interea vero Petrus Cardinalis de Bonis
 Archiepiscopus Narbonensis ac Me-
 tropolita unacum Domino du Mas suo
 Officiali Alestensis mandatum seu Con-
 stitutionem velut sacris Canonibus
 Regnique legibus ab Ecclesia Gallicana
 hactenus servatis & quieti conscientie
 rum, ac Hierarchicæ disciplinæ con-
 trariam, necnon censuras in eadem
 Constitutione latas omnino irritas, nul-
 lasque declaravit, ipsique Episcopo in-
 terminatis poenis Canonicis, ne deinceps
 ejusmodi Constitutiones promul-
 garet, precepit.